Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26831
Copyright: Admont, Benediktinerstift

De ipsa quippe agebat cum diceret. Hon pmundo rogo sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt
et mea omnia tua sunt. Et tua mea. Nec fas est ut sci de quibus hec locutus est cuique quia sint.
nisi eis aequales erant et sciificati sunt. de pro hoc Et omnia quecumque ipsorum sunt necesse est ut ei sint cui
et ipsi sunt. Ergo cum Et patris et filii sunt. equales eos esse demonstrant. quoque equa
lis est. Illud autem quod ait cum de spiritu sancto loquerentur omnia quecumque habet pater mea sunt. propter
ea dixi quia de meo accipiet Et annunciabit uobis. de his dixi quia ad ipsam
patris pertinere diuinitatem. in quibus illi est equalis omnia que habet habendo.
Heq enim spe sancti de creatura quae patri est subdita filio. fuerat accepturus
quod ait de meo accipiet. scilicet utique de patre deque procedit spe. deque est nat
et filii. Et clarificat sum inquit in eis. Nunc etiam sua clarificatione eam quae
facta sit dicit. cui adhuc esset futura. Superius autem a patre poscebat ut
fieret. scilicet utrum ipsa sit clarificatio de qua dixerat. et nunc clarifica me
tu pater apud temet ipsum. claritate qua habui prius quam mundus esset apud
te. utique reprendum est. Si enim apud te. quomodo in eis. An cum hoc ipsum uno
tescit eis. ac per ipsos omnibus qui credunt eis testibus suis. Possum plane
sic intelligere dixisse dominum de apostolis. quod clarificatus sit in eis. Dicen
do enim esse iam factum. ostendit iam fuisse predestinatum. Et certum haberi uo
luit quod esset futurum. Et iam inquit non sum in mundo. et hi in mundo sunt.
Si hora prius illam qua loquebatur adtendas. utique adhuc in mundo erant.
et ipse scilicet Illi de quibus hoc dicebat. Non enim secundum profectum cordis
Iuste id accipere possumus et debemus. ut illi propterea esse adhuc dicantur
in mundo. quod mundana adhuc sapiant. ille autem iam non esse in mundo
sapiendo diuina. Posuit hic enim unum uerbum quod nos ita intelligere
omino non sinat. quia non aut Non sum in mundo. scilicet iam non sum in mundo. pro hoc
ostendens fuisse se in mundo. iam non esse. Huiusquod quoque fas est ut ei credamus
aliquando mundana sapuisse. Ab hoc errore liberatum iam illa non sapere.
Qs iam impio sensu se induerit. Restat quoque ut secundum id quod etiam ipse in
mundo prius erat in mundo se duxerit iam non esse. profecto presentia corpora
li. a mundo scilicet absentia sua iam secuto futura. illos autem tardius pro hoc
ostendens quod se iam non hic esse. illos autem hic esse dixit. cum Ipse hic et illi hic
adhuc essent. Sic enim est locutus homo egrueus hominibus. ut mos loquen
di sese habet humanus Annuntiatur dicum. iam non est hic de aliquo quem
totum abituro. Et maxime hoc de morituris solet dici. Quamquam
et ipse dns tamquam puidens quod lecturos mouere possit adiecit. et ego
ad te uenio. sic exponens quodam cur dixerit iam non sum in mundo. Commen
dat quoque patri eos quos corporali absentia relictur esse dicens. Pater sancte. serua eos
in nomine tuo quos dedisti mihi. Nepe sicut homo dum rogat pro discipulis suis.
quos accepit a seclo. Sed adtende quod sequitur. Ut sint inquit unum sicut Nos. Non aut
ut nobiscum sint unum. aut ut simus unum ipsi Nos sicut unum sumus nos. scilicet aut